

# TUDÓSLEVELEK

MŰVELŐDÉSÜNK KÜLFÖLDI KAPCSOLATAIHOZ

1577 – 1797

SZEGED

1989

## Tartalom

<i>Szelestei N. László: Johann Werner komáromi helyőrségi lelkész levelei</i> Stephan Gerlachhoz .....	7
<i>Heltai János: David Pareus magyar kapcsolatai .....</i>	13
<i>Ötvös Péter: Alvinci Péter levele Georg Remnek Kassáról.....</i>	77
<i>Kulcsár Péter: Kapornai Péter levele André Rivethez .....</i>	85
<i>Monok István: Johannes Polyander magyar kapcsolataihoz .....</i>	89
<i>Gömöri György: Gyöngyösi Árva Pál levelezése oxfordi tudósokkal .....</i>	115
<i>Szörényi László: Makó Pál levele Rogerius Boscovich-hoz .....</i>	135
<i>Hubert Ildikó: Bánffy György levelei az Erdélyi Kéziratkiadó Társaság</i> ügyében .....	143
Utószó.....	151
Zusammenfassung.....	152

MONOK ISTVÁN

JOHANNES POLYANDER MAGYAR KAPCSOLATAIHOZ

Johannes Polyander van der Kerhoven (1568–1646) nevével gyakorta találkozhatunk a régi magyar művelődéstörténeti szakirodalomban, de ezek az említések szinte kizárólag az RMK III. kötetének adatait ismétlik:<sup>1</sup> megemlítik, hogy valaki Polyandernél disputált leydeni tanulmányai közben, vagy azok befejeztével. Ezen kívül csak mint a református orthodoxia ismert képviselője kerül elő, aki még a hosszú haj viselése ellen is értekezést írt,<sup>2</sup> vagy mint a *Synopsis purioris theologiae* egyik szerzője, a négy leydeni intranzigens egyike szerepel.<sup>3</sup> Mint ilyen egyébként komoly figyelmet érdemel művelődéstörténetünk kutatóitól, vagy a református egyház történetíróitól. Tanításának hazai hatását lemérendő a magyarországi kapcsolataira vonatkozó adatok összegyűjtésével kell kezdenünk. Jelen közleményünkkel ehhez kívánunk több, eddig ismeretlen dokumentum közreadásával, néhány eddig ismert adat pontosításával hozzájárulni.

*id. Bethlen István két levele Polyanderhez*

1.

1631. május 1. Huszt<sup>4</sup>

Clarissime ac Reverendissime  
Vir Domine uti frater mihi plurimum observande.

Sub initia Mensis praeterlapsi Martij allatus est mihi libellus Miscellaneorum tractationum, per Reverendum Dominum Vestrum nomini meo inscriptus, qui cum in Anno 1629 lucem viderit, et post tanti temporis moram ad manus meas pervenerit, id tumultuantium temporum asperitati adscribo (!). Intellexi enim ab Alumnis nostris unum atque alterum exemplar, edito illo, prima statim occasione ad me fuisse transmissum. Verum inter tot gentium concursus, et fatale omnium pene Regnorum bella, nullum mihi reddi potuit. Nam hactenus pro tanta in me Vestra humanitate et benevoli affectus Symbolo gratias agere haud intermissem. Etenim et magni honoris, et insignis benevolentiae argumentum esse duco, quod Reverenda Dominatio Vestra suis lucubrationibus, et opere tam pio, tam ingenioso, nomen meum celebrare et condecorare voluerit.

Tanto autem hoc illustrius amoris specimen in me reperio, quanto minus tantum decus nomini meo arrogare cogitaveram: Non enim me fugit quanti omni



aevo aestimatum sit Doctorum Virorum suffragia promeruisse. Sepulta scilicet hodie jaceret omnis retroactorum seculorum memoria fortium Ducum et Principum gloria oblivionis immersa tenebris sorderet, nisi virorum doctorum labor, literarum monumentis immortalitati consecrasset, et in scriptis eorum veluti speculo hodie nobis suspicienda exhiberetur. Magnas itaque Vestra Reverenda Dominatio pro benevolo affectu, et nunc ago gratias, et quoad vivam, vivet nomen et honos vester apud me, nec etiam externo benevolentiae signaculo id demereri cessabo.

Cum autem non ignorem varia de perturbato patriae nostrae statu dubio rumore ad illas oras perferri, visum est paucis Reverendae Dominationi Vestrae reddere certiore, quo cardine res nostrae volvantur, et quibus vicissitudinibus post tristia fata Serenissimi Principis et fratris mei immortalis nominis velut in turbido mari jactati sumus.

Quamvis autem narratio hujus rei, et justī temporis spatium requireret, et iustum Epistolae modum excederet, si omnia graphice describere studerem, verum ex praecipuis quaedam perscripsisse, unde origo omnis metamorphoseos potest, sufficere puto.

In primis etiam, ut initia dolorum nostrorum aperiā, Serenissimus Princeps noster, sat nobis et ultra Orbem Europaeum, Virtutum et rerum gestarum eminentia cognitus, Anno 1629. die 18. Novembris placida et Christiana morte, ad coeleste gaudium evocatus est, aetatis suae 49. principatus vero Transilvanici 17. anno. Dico autem placida et quieta morte evocatum, nam circiter duos menses intercute morbo laborans, id praecipue egit et meditatus est, quo pacto Deum pro fragilitatis suae excessibus deprecetur, et fiducia in Salvatorem suum languores corporis ob instantem mortem ingravescentes leniat. Et certe in tanta etiam adversae valetudinis lucta, usque ad extremum spiritum nihil ingenio ejus defuit, et in infirmo corpore mens, et cum pietate conjuncta ratiocinandi facultas, illaesa permansit, adeo ut, dum jam animam ageret et ob dolores, soluta organa loquelam impedirent, accepta papyro, hac pia syngrapha in vernaculo idiomate vitae suae operam clausit: Si Deus pro nobis quis contra nos? Nemo certe.

Tandem inter frequentia suspiria levatis quantum fieri potuit oculis, et nomine Jesu vix ad intellectum submisce invocato, intra undecimam et duodecimam horam diei, meipso debilitatum caput manibus complectente, animam Creatori suo reddidit. Funera ejus solenni et condigna tanto Principe pompa Albae Juliae, loco mortis, in templo majori Anno 1630. die 25. Januarij peracta fuere.

Mortuo igitur Serenissimo principe, statim sub foemineo Imperio omnis status hujus regni inclinare coepit. Aegrotante enim adhuc Principe consilia mutandi status et depositionis, ac exauctorationis nostrae, quotquot sub Principe primos Regni honores tenebamus, a quibusdam concivibus nostris diversae religionis ex consensu Serenissimae Principis conclusa fuerant: Scilicet ut mutuatis officialibus et Religio reformari et Principatus ad externos transferri facilius posset. Quae omnia eventus palam testatus est: Nam Serenissima Princeps, inhumato adhuc exsanguī Mariti sui corpore: Juveni cuidam Baroni Stephano Cszyki non contemnendam pecuniae vim clam subministravit, et inscijs me et consiliarijs reg-

ni medio illius Classicum clamari jussit, et militem coegit. Quod dum animadvertissemus, et periculum insigne illinc eminere palam esset licet Suam Serenitatem devote adhortati simus, ne clancularijs ejusmodi consilijs in perniciem nostram qui fuimus intimi mariti sui, fidem et consensum daret, imo (!) militem coactum dimitti juberet, cum satis militum et quidem Exercitatonum haberet, qui defuncto Principi ubique fideliter commilitarunt. Omnia quidem praesentibus nobis spondit, sed in eventu longe diversum experti sumus. Tantum enim abfuit, ut militem illum dimitteret, ut ad tempus funeris, Duce Barone illo Stephano Csyaki prope territoria Civitatis Albae Juliae cum apparatu expansis vexillis, in certas stationes distributus sit. Quo intellecto, ne nos in funere occupatos, paratus miles, ad praelium imparatos adoriretur, divina ope et multis vigilijs effugimus, et consilia adversa antevertimus; Anxijs inde et sollicitis nobis; dum Sua Serenitas videret Regnicolas commotos et sua ac suorum consilia per eventum detegi, in successuque frustrari, jamque civili tumultui ex actis suis facem esse subministratam. Ob hoc et alia, maxime autem abjuratam Relligionem, morsu conscientiae exasperari coepit, ac tandem in gravissimum desperationis morbum incidit; quo intra mensem et ulterius horrendum in modum luctata, ita ut vel nomen Dei efferre, vix, ac ne vix quidem obsessa posset. Tandem ubi secundum Deum consolatoria opera Dominorum verbi divini ministrorum, et publicarum precum virtute sensim convaluisset, omnia conjurationis in nos consilia, et abjuratae reformatae Relligionis modum et organa detexit, Breviaria et Rosearia hinc inde clam subministrata, igni devovit, et palam fassa est, se ab aliquot mensibus, vivo adhuc marito suo, a tramite relligionis pristinae clanculario quorundam persuasu deviasse. Ostendit itaque se poenitere facti, et publice etiam per concionatorem suum Aulicum, ex cathedra coram populo Deum deprecata est. Quamvis autem vivo adhuc Principe gravi nobis juramento se obstrinxerat, nunquam ab agnita fide discessuram, quod si faceret, ne amplius homagium praestare, et ipsam pro Principe observare teneremur. Unde Domini Regnicolae visa imbecillitate Suae Serenitatis et judicio ad regendas Imperij habenas infirmo, et quod Electionis suae conditiones indies labefactaret, nec observare ullo modo par esset. Ex quibus omnibus manifesta etiam insignis alicujus perniciiei indicia jam jam adesse viderent, omnia consilia eo dirigebant, quo pacto ad imminetia periculorum tela evitanda alium surrogarent principem. Serenissima Principe in Dote sua, pro dignitatis Domus Suae Augustissimae honeste observate; ne tamen id fieret, spe de emendatione Suae Serenitatis frustra concepta, author fui. Sic rebus constitutis, Principeque et Relligioni, et valetudini pristinae restituta, ad halcyonia et optatam rerum nostrarum malaciam pervenisse nos sperabamus, praesertim cum externum etiam hostem nullum haberemus. Quid autem secutum est, nisi veritas cogeret, efferre verecundum ducerem vix enim una atque altera septimana, eadem rerum nostrarum facies stetit. Nam rursus cum praescripto Juvene Barone Stephano Csyaki, clandestina fovere consilia suscepit, blandimentisque illius victa, opes suas, quibus ad tutandos et firmandos regni sui limites uti debebat, in illum profudit, et nihilo quam prius benigniori animo, familiam et omnes fideles mariti sui observa-

re coepit. Etsi autem novis rursus querellis Serenitatem Suam accesserimus, reverenter adhortati et officij sui, et conditionum, quibus in principem electa fuerat.

Quarum haud postrema esset, quod in omni gubernatione, meo in primis, qui primum honorem tenerem, successorum meorum, et Regni Consiliariorum iudicio et consilijs uteretur. Conquerentibus quidem nobis, voto nostro, labijs assensit, nunquam tamen sequuta est. Et quod candide fateor, ab omni eo tempore quo in hoc regnum introducta est, ad summum ter non consuluit, usa magis futilibus puerorum et puellarum, ac quorundam pessimi commatis hominum suggestionibus et susurris.

Vacillante hoc modo Statu Patriae nostrae, intervenire Legati Trium-Viri, Serenissimi Principis Electoris Brandeburgici, homines Multae Experientiae et multa laude digni, qui cognita imbecillitate Serenissimae Principis, nomine Serenissimi Electoris satis superque adhortati et obtestati sunt, quo pacto in regimine se gereret, constantiam in religione observaret, consortia et blanditias aniles iuxta et juveniles, praesertim autem dicti Baronis evitaret. Nos fideles mariti sui in honore haberet, et consilia nostra sequeretur, opes et bona fisci in parasitos et sycophantas ne abligutiret, et quicquid emolumento et honori esse sciebant, abunde suggessere, intimavere, et exposuere. Sua etiam Serenitas omnia observaturam se illis praesentibus promiserat. Nondum tamen boni illi viri limites Hungariae egressi, cum denuo Juvenem illum Baronem ad se in Arcem suam Fogarasiensem accessivit, et maximam omnium rerum suarum pretiosissimarum partem quas a marito sibi legatas habuerat, illi exposuit Nobilissimas Suas Arces, et bona Tokaiensia et Munkaciensia, in Dotem a pia memoriae Principe, pro summa sexies centenorum millium florenorum Hungaricorum sibi collata (quia duo loca et ratione fortalitij et ratione amplissimorum bonorum, et vini cum malvatico certantis quale illic abunde provenit, in tota Hungaria inter praecipua habentur, et reputantur) sub cujusdam Plenipotentialis administrationis fuce ejus dispositioni et Dominio submisit. Quod dum ad exhauriendum se fecisse viderem, diu obstiti, tandem viso hoc, quod sinceritati meae Sua Serenitas plane nollet fidem habere, imo altiora contra me odia suscicaret, obstare destiti, Quo facto, id Sua Serenitas consecuta est, ut hodie nullum ex istis bonis perciperet emolumentum, vix etiam unquam percepturam confido.

Nec hic destitit imbecillitas Suae Serenitatis, sed etiam de transferendo principatu, cum quodam magnate Hungariae, nova denuo consilia agitare aggressa est, contra Electionis Suae conditiones, in quibus stricte cautum erat, ne de transferendo Principatu cum ullo tractatum iniret, neque ad illum praeter liberam Electionem quicquam juris praetenderet. Quorum consiliorum tanquam et Regno et sibimet principi perniciosorum suasores licet removeri a Sua Serenitate cupiverim, et multos etiam removi, sed uno remoto illico plures subvenere, et in remotione talium personarum, cum de albatrore Aethiopis parem operam lusi: Tanta namque imbecillitas incessit in Suam Serenitatem, ut absque injuria et

praejudicio Celebratissimae Domus Brandenburgicae (quam quoad vixero observaturus sum) loquar, magis quam vespertilio ad lucem, ad cognoscenda sua bona caliget, et globo ad nociva quaeque facilius volvatur.

Ex quibus omnibus cum Domini Regnicolae flammam pernicii suae, inter cineres mox erupturam latere perspicerent, quo eam extinguendo essent, et Serenissimae Principis, et suo honori ac existimationi consulere possent, aliquot comitia eam ob rem celebrare de emendatione regiminis Suae Serenitatis omnia media diligenti studio perquisivere, Serenitatem Suam devota instantia illarum observationis, expositis etiam Conditionibus Electionis Suae, adhortati fuere: Omnia quidem in promissis, in effectu vero nihil obtinentes; frustra tot Comitiorum Articulos, clausulas, et arcta juramentorum ac unionis vincula, frustra renovationes Conditionum Electionis celebratas esse animadvertentes, dissimulari non potest, quin de sua Salute et communi permansione, in tam ancipiti rerum suarum statu fluctuati sat superque non fuissent; Unde tot congressus, tot apparatus, tot undiquaque motus intervenire. Ut verbo concludam, regimen Suae Serenitatis, vix unius horae securitatem, subditis promittere certo potuit. Sana enim nostra consilia ludibrio habita, et anilibus elusa susurris, omniaque ad circumblandientium juvenum suasus et dictamina acta, facta, et conclusa fuere. Quibus adeo Sua Serenitas obsecundata est, ut et violationem Conditionum Electionis Suae et alia inconvenientia, quae indies moderamen suum sequebantur, sive studio, sive dignitatis Suae immemor nihil aestimabat. Quamvis autem Electionem Suae Serenitatis Domini Regnicolae etiam per multas condiciones, sola virtute Principis defuncti moti approbarint; si tamen condiciones Electionis Suae, tot modis et post tot admonitiones non transgressa fuisset. Principatum Suum venalem non fecisset, nostris vigiliis, tota vita solum principalis dignitatis cum summa felicitate tenuisse poterat. Verum cum Suum regimen tot difficultatibus involutum, Status et ordines tot modis offensos, et violatis a se conditionibus ab homagio solutos animadverteret, et nunc hos, nunc illos motus et concursus, ex suis gestis suboriri, omnemque Statum ad perniciem inclinare praecideret. Potentibus vicinis se circumseptam sentiret, nocturnique et diurni laboris aestum pati insufficientem esse, cum periculo vitae experiretur. Unde abalienationem animorum, et querelas et mille alia commotorum affectuum incitamenta, et exacerbationes subolfaciens. Dominis Regnicolis Claudiopolim Comititia indixit, ubi Statibus et Ordinibus, in sui praesentiam accersitis, die 28. Septembris, Anni praeterlapsi liberrima voluntate a principatu se abdicavit, et publice omnes ab homagio absolvit. Tandem honestissimo Manatum Regnicolarum Comitatu cincta, in Arcem suam Fogurasiensem (!), ad privatae quietis otia se contulit, et illic hodie commoratur. Cujus dignitas et Celebratissimae Domus Exellentia, sicut antea hodie quoque ab omnibus observatur. Et sic sola Sua Serenitas fuit faber fortunae Suae ipsi enim subditorum fides et sinceritas minime defuit, unde vicinos etiam maxime autem Portam Ottomanicam, mea industria bene faventes sibi habuit, non defuere opes, siquidem defunctus Princeps ut amoris suo, quo, tanquam pius maritus, erga conjugem deucebatur, Sancte satisfaceret, amplissima legata, tanquam Conjugi, et dignitatis suae succesori reliquerat. Bona quippe immobilia ad numerum decem



millium colonorum sese extendentia, cum tribus Arcibus Regni Hungariae et Transilvaniae, Nobilissimis Propugnaculis, in summa septingentorum millium florenorum Hungaricorum inscripta; pretiosissima Clenodia, et alias res aureas, argenteas, aliquot centenorum millium florenorum valorem excedentes. Praeterea pecuniae a Aureis Ducatis quinquaginta millia, totidem in Taleris Imperialibus, et totidem in grossis etiam quinarijs. Ut hic ne commemorem tot millia marcarum argenti, pretiosissima vestimenta, pretiosissimas equorum phaleras, aulea et tapetia innumera, et alias res et ornamenta Principe digna, cum insigni omnium aliarum rerum affluentia. Quibus omnibus, neque ad tutelam Regni usa est, neque in suas necessitates observavit, sed contra nostra consilia, in vanum huc il-  
lus profudit.

Hac itaque via Serenissima Princeps sua se dignitate exuit, vires regni non-nihil attrivit, bona fisci abligurivit, et periculosissimis motibus (quorum fumus hodie adhuc durat, imo viscera Patriae vellicat) occasionem praebuit. Quod eam ob rem in compendio Epistolari ad te transmitto Vir Clarissime nec adversis rumoribus fidem habeas, et alios habere sinas, sed cum tuis Clarissimis sic res apud nos, a principis fato gestas communicare possis.

Principali autem dignitate per Suam Serenitatem sponte abdicata Domini Regnicolae, sine Capite, vel unius horae moram trahere periculosum esse rati, eodem valedictionis Serenissimae principis die, etsi me multum renuentem, in illam dignitatem, liberrimis votis, nullo contradicente evexerint: tamen cum interea etiam Dominus Georgius Rákóczi (quem bona fama cognitum apud vos non dubito) ad sublevandum a tot confusionibus hujus regni statum, promotionis meae inscius movisset. Cui etiam cognominis filius meus Capitaneus Vadadiensis et Gener itidem meus David Zolyomi, Equitum Praetorianorum Capitaneus, circa fines regni remotius excubantes, nostri status ignari, jampridem juramenti religionem assensum dedissent, experti antea me nunquam dignitatem illam affectasse, quin recusasse ut qui, principatum non esse petendum a Domino, nec Solium gloriae a Principibus ejus, ex oraculis divinis observassem. Imo magnam fortunam, magnam servitutem esse, nihilque periculosius quam regnare, omnium saeculorum exemplis testatum comprobarem. Is autem magnas ratione bonorum suorum Caesareae Majestati homagio obstrictus, siquidem ob hunc motum, in manifestissimo vitae et bonorum suorum discrimine versaretur, incertus illius, ut qui unica, in toto Regno Hungariae Religionis Orthodoxae haberetur columna, et fulcimen; ne Dignitatis meae observatione, proximi mei excidium videre cogeret. Ecclesias Orthodoxas praedicari pateret, et gentem meam Potentiam Vicinorum praedae exponerem. Magnatis illius et familiae salutem, et communem permansionem spontanea Principalis dignitatis depositione redemi, et solium meum accedente consensu Domnorum Regnicolarum, eidem, die 2. praeteriti Decembris detuli. Et sic is hodie apud nos rerum potitur. Cui quamvis maxime statim in primordis regiminis controversiae, cum Palatino Regni Hungariae intervenire, ita ut totam praeteritam hyemem, et hoc ver, in armis peregerimus, speramus tamen divina bonitate illas sopitum iri.

Sic itaque habe Vir Clarissime rerum nostrarum synopsis, et contra vagos rumores sic percipe. Me vero tui amantissimum odserua; mihique et Alumnis nostris Hungaris, quos praesertim ob Sanctae Theologiae studio eo expedimus, favere velis. Experieris me rursus, et meos, tuo nomini faventes. Quod autem reliquum est, Vale ad Vota, et Vive diu felicissime, dabam in Arce Huzt die 1. May 1631.

Clarissimae ac Reverendissimae Dominationis

Vestrae

Frater ad officina paratus

Comes Stephanus Bethlen

Mai lelőhelye: *Bodleian Library Ms Rawlinson 76(a) Fol. 252–264.*

2.

1633. október 3. Huszt

Clarissime ac Excellentissime

Vir Domine frater observande,

Salutem cum Officiorum parata oblatione.

Litteras Vestrae Claritatis et commendatorias Facultatis Theologicae, Dominus Stephanus Strigonius Alumnus noster superioribus diebus exhibuit, quas ab eodem peramanter acceptas singulari cum amore et jucunditate perlegi. Gratulor imprimis etiam et summas Deo Ter Optimo Maximo ago gratias, quod Reverendas Vestras Dignitates inter procellas Europaei orbis rebus suis ad vota frui inaudiverim. Idem fons benignitatis deinceps etiam hoc clementiae suae argumentum erga Vestras Reverentias continuare velit. Quatum Alumni mei et Baronis Hallerij statum concernit, provisum quidem per nos fuerat de Statu illorum, nisi perfidia servi decepti fuissetus; quod autem hactenus alia provisione subvenire non potuerimus, incendium hoc bellicum, quo omnes Vicinae Regiones miserandum in modum uruntur, conatibus nostris obicem posuit. Nunc tam per me ipsum quam ex commendatione mea per alios, eorundem necessitatibus opitulari, et juxta compromissum suum Dominum quoque Stephanum Strigonium ad Vestras Reverentias redire volumus, rogantes Vestram Reverentiam peramice in futurum etiam nostris Hungaris omni favore et benevolentia adesse velit, factura rem Ecclesijs nostris, imprimis autem Deo Optimo Maximo quam gratissimam, et alijs officijs per nos quoque remunerandam. Et quod reliquum est, Vestram

Reverendam Dignitatem Divinae protectioni commendatam quam diutissime cum suis Charissimis ex animi sententia vivere animitus precamur.

Datum in Arce nostra Huzt die 3. Octobris Anno 1633.

Clarissimae ac Excellentissimae Dominationis  
Vestrae

Amicus ad officia paratissimus  
Comes Stephanus Bethlen

Mai lelőhelye: *Bodleian Library Ms Rawlinson 76(a) Fol. 270–271.*

### *Néhány megjegyzés*

Az első levél legelején Bethlen István megköszöni Polyander figyelmességét, egy neki dedikált könyvet. A mű, melyet hungarica-kutatásunk eddig nem ismert, egy teológiai traktátus-gyűjtemény: *Miscellaneae tractationes theologicae Johannis Polyandri, S. Theologiae Doctoris ac Professoris in Academia Leidensi*. Lugduni Batavorum, ex officina Bonaventurae et Abrahami Elzevir, 1629.

Ajánlása a következő:

Illustrissimo comiti D. D. Stephano Bethlen de Icktar, serenissimi Sacri Romani Imperii et Transylvaniae Principis consiliario intimo, nec non gubernatori Transylvaniae, comitique Comitatum Maramorisiensis et Hunyadiensis perpetuo, ac domino in Huszt et Illye haereditario.

Controversiae theologicae, Comes illustrissime, duabus potissimum partibus continentur. Aut enim de fide quaeritur, quid de singulis religionis capitibus animo tenendum sit, aut de externo Dei cultu contenditur, qui primo quidem in sacramentorum et disciplinae institutione, deinde in quibusdam ceremoniis ac constitutionibus cernitur, quae ad sacramentorum et disciplinae administrationem pertinent. Iam vero manifestius est, quam ut a quodam sanae mentis negari possit, plerasque ecclesias christianas, tam in dogmatibus, quam in rituum ac morum praeceptis a prima sinceritatis origine tantopere degenerasse, ut pii earum depravationem considerantes, sibi a lachrymis temperare nequeant. Ecclesiae etenim orientales, quibus aliquis sub imperio mahumentano locus relinquitur, a bonis apostolorum ac patrum orthodoxorum institutis, tum quoad doctrinam, tum quoad politam ecclesiasticam, recesserunt. De processione utique spiritus sancti male sentiunt, et quamvis imperator ac patriarcha Constantinopolitanus tempore Eugenii quarti Episcopi, nec non Graeciae Praesulis qui interfuerunt in concilio Ferrariae et Florentiae habito, suam cum Latinis sententiam, hac in parte post multam disceptationem conjunxerint, hodie tamen pleraeque antiquum errorem retinent. Doctrinam quoque de hominum justificatione per fidem in Jesum Christum obscurant. Bibliorum usus apud illos rarus est, et fere nullus.

Raras quoque conciones habent. Sanctos in coelis agentes invocant. Imaginem beatae Virginis Mariae et nonnullas alias artis lenocinio in templo frequentes pingunt, pictasque superstitiose venerantur atque adorant. Missis privatis quotidie utuntur, in quibus etsi sacrificium corporis et sanguinis Jesu Christi pro vivorum et mortuorum redemptione non offerunt, sed *logikén latreian* et eucharistica sacrificia exercent, in multis tamen offendunt. Disciplinam quidem, sed perperam exercent. Non enim distinguunt inter delicta et scelera, nec inter peccata publica et privata, ideoque levibus de causis homines anathemate devovent. Canones Sacrae Scripturae et constitutiones ecclesiae primitivae in ministrorum electionibus non servant. Patriarcham Constantinopolitanum, ut monarcham colunt, gradus episcoporum a patribus institutos in superbiam et ambitionem commutant: ipsique episcopi multo sunt attentiores ad rem faciendam, atque ad asserenda sua privilegia, quam ad promovenda sacrae doctrinae ac disciplinae exercitia. Ad ecclesias occidentales quod attinet, ab eo tempore quo Phocas ex centurione Caesar a militibus creatus hierarchiam in ecclesia Romana erexit, pontifex Romanus traditiones suas humanas ita in papatu stabilivit, ut miseri pontificii in earum observatione summam religionem posuerint. Ex qua superstitiosa traditionum humanarum observatione, tanquam ex faeda lacuna, verbi divini oblivio et corruptela, doctrina de praedestinatione ex praevisis operibus de hominum justificatione per bona opera, varii missarii abusu, error de transsubstantiatione et consubstantiatione, panis idololatrici adoratio, sanctorum defunctorum invocatio, cultus angelorum, statuarum et imaginum, dominatus ecclesiasticus, disciplinae contemptus, vitae turpitudine, atque alia mala effluerunt, atque etiamnum effluent. Haut dubitandum est, quin nonnulli ex nostris majoribus, veritatis ac pietatis zelo praediti, horrendam illam a prisca ac pura religione defectionem animadvertentes, Dei misericordiam assiduís atque ardentibus suis votis imploratam aliquando exoraverint. Superioribus quippe temporibus Deus aliquos raræ pietatis atque eruditionis theologos in Ungaria, Bohemia, Germania, Gallia, Anglia, Helvetia et aliis Europae locis excitavit, qui rejectis tenebris pontificiis, puriorem evangelii doctrinam amplexi, eam non minore fortitudine et constantia, quam pietate, in lucem eduxerunt. In quorum censu, ut de aliis nunc taceam, ponendi sunt Martinus Lutherus et Philippus Melanchthon, a quorum sincera institutione doctores ac pastores ecclesiarum Germanicarum, qui se evangelicos nominant, in quibusdam sacrae religionis capitibus, proh dolor discesserunt, ut patet ex acerbis Balthazaris Mentzeri, et collegarum ejus disputationibus, quibus nostros theologos inimico insectantur, qui sanam doctrinam Lutheri de praedestinatione caeterisque articulis ei annexis, ac Melanchthonis de Sacra Caena, adversus iniquas ipsorum criminationes defendunt. Quorum errores hoc meo scripto sic coarguo, ut illos simul ad veritatis viam revocem, quam et Lutherus, quoad fidei articulos, quos rector exposuit, et Melanchthon, quoad alia Sacrae Scripturae mysteria, quae ipse melius quam Lutherus intellexit, ipsorum majoribus praemonstravit. Hujus scripti editionem Illustrissimae Tuae Celsitudini consecrare volui, ut veritas, quam hic assero, apud externos quoque principes christianos causae suae patronum adversus calumniatorum aculeos inveniat. Ad cujus patrocinium non dubi-



to quin te impulsura sit virtus tua, et quae virtutum omnium est fundamentum, pietas, qua Deus te evangelii sui luce illustratum ita exornavit, ut merito secundus a Serenissimo principe Gabriele Bethlen habearis, qui ecclesias Ungaricas reformatas Deum nobiscum in veritate adorantes in sui tutelam recepit, omnibusque opibus ac viribus in earum sub sua potestate conservationem incumbit. Accedit eo, quod ad hanc mei erga te studii tesseram excitet sincera et vere christiana, quae mihi fuit cum Illustrissimo tuo filio, D. Petro Bethlen, dum hic viveret, necessitudo, cujus tanta est integritas, ut dotes ejus eximias tacito praestet me admirari silentio, quam parum aptis imparibusque hic laudibus prosequi. De aliis magnae spei juvenibus quos cum ipso ad nos misisti, ut tuis sumptibus in hac Academia omnibus laudandis artibus, sed sacris praecipue literis, informarentur, nihil aliud dicam, quam quod singularis industriae ac probitatis exemplo reliquis nostris studiosis hactenus praeiverint. Certissimis denique summae tuae erga me benevolentiae commotus indiciis, hunc lucubrationum mearum fructum sub Illustrissimo tuo nomine ad quoslibet christianos emanare volui Illustrissimam Tuam Celsitudinem unice rogans, ut hoc perpetuum mei erga eam grati animi atque obsequii pignus aequo ac benigno animo accipiat. Quod superest, Deum Optimum Maximum supplex oro venerorque, ut et fratrem tuum celsissimum, nostri seculi Josaphatum, et te secundum ecclesiae Dei in regno Ungarico nutritium, innumeris tempestatum periculis ob nomen ipsius obnoxium, in solido ac sereno colloket, consilia atque incepta tua spiritu suo sanctissimo gubernet, Tuamque Illustrissimam Celsitudinem omnium benedictionum suarum accessione in perpetuum locupletet.

Ex meo musaeo, 12. Julii 1629.

Illustrissimae Tuae Celsitudinis devotissimus  
Johannes Polyander

A könyvet Polyander Leydenben tanuló diákokkal, Bethlen Gábor, vagy az idősebb gróf alumnusaival küldte Erdélybe. Kik voltak ezek az alumnusok?<sup>5</sup>

Az első Bethlen-alumnus, aki Polyandernél disputált, Debreceni Simonides Gáspár,<sup>6</sup> akinek 1628-ból két tézisfüzetét is ismerjük. Mivel az RMK egyiket sem ismeri, ide iktatjuk címléírásunkat:<sup>7</sup> *Disputationum theologicarum repetitarum quadragesimasecunda. De ministrorum ecclesiasticorum vocatione et functionibus. Quam divina favente gratia sub praesidio reverendi ac clarissimi viri, D. Iohannis Polyandri, SS. Theol. Doctoris, ejusdemque facultatis in illustri Academia Lugduno-Batava professoris primarii, p. t. Rectoris Magnifici, etc. publice disquisitioni subjicit Caspar Debrecinus. Ad diem 22. Ianuarii, hora locoque solitis. Lugduni Batavorum, Ex officina Bonaventurae et Abrahami Elzevir. Academ. Typograph. 1628.*

E füzetet Simonides Keserű D. János gyulafehérvári lelkésznek, erdélyi superintendensnek, Nádudvari György szászvárosi lelkésznek és Csulai György enyedi praeceptornek ajánlotta.

Legközelebb ugyenebben az évben május 20-án disputált (a nyomtatványon eredetileg a nap helyét kihagyták, s április volt hónapként megjelölve. A fennmaradt példányon ez utóbbit áthúzták, s „20. Maij” beírással jelölték a nyilvános vita időpontját.): *Disputationum theologicarum repetitarum quinquagesima, De magistratu politico. Quam suprema potestate praemunitus. Sub praesidio reverendi, clarissimique viri, D. Iohannis Polyandri, SS. Theol. Doctoris et professoris primarii, in Acad. Lugd. Bat. ac p. t. Rect. Magnif. Publice defendere conabitur Caspar Simonides, Debrecinus. Ad diem 20. Maij horis locoque solitis.* Lugduni Batavorum, Ex officina Bonaventurae et Abrahami Elzevir, Academ. Typograph. 1628.

E téziszűzet ajánlása már Bethlen Gábor fejedelemnek szól, csakúgy, mint az ugyancsak ez évben megjelent munkájáé: *Compendium Biblicum metro-memorale*, Leyden, 1628.<sup>8</sup> Ez utóbbi kötet abból a szempontból is érdekes, hogy Polyander és Rivetus is üdvözlő verset írtak bele.

Herepei János említi, hogy Simonides jó kapcsolatban lehetett az éppen Leydenben tanuló Bethlen Péterrel, s kíséretével,<sup>9</sup> (e peregrinációról, mint láttuk, Polyander is megemlékezett, érthetően hízelgően az ifjú grófra nézve), hiszen e kíséretből ketten is – Cseffei László és Pálóczi Horváth János – verssel tisztelték meg utóbbi kötetét. Talán éppen e jó kapcsolatnak volt köszönhető Polyander verse is.

Arról, hogy az ifjú gróf nevelésének egyik irányítója is a neves professzor volt, tudunk Korniss Mihálynak id. Bethlen Istvánhoz 1627. április 16-án írott leveléből is.<sup>10</sup> Ez egyben azt is jelenti, hogy a fejedelem unokaöccsének kísérete (Tótváradgyai Korniss Mihály, Tölcseki István, Bethlen János, Abaffy László, Vargyasi Daniel János, Tornai Pastorius Gáspár) is hallgatta Polyander előadásait, jelenlegi ismereteink szerint azonban csak Tölcseki István disputált vezetésével.<sup>11</sup> Az RMK szerint ennek a teológiai vitatkozásnak (*De Sacrae Scripturae necessitate et auctoritate*) csak egy gyulafehérvári csonka példányát ismerjük. Az említett debreceni colligátum azonban megőrizte számunkra egy ép másik kiadását. Az RMK-ban ismertetett és a Debrecenben őrzött között a címlap szerint a következő eltérések vannak: a gyulafehérvári példányon Polyander címeit felsoroló részben nyomdahiba, jelöletlen rövidítés van: „SS. Theologiae Doctoris; ejusdemque facultis (!) in celeberrima Lugduniensium Academia...”; a debreceni a helyes „facultatis” alak olvasható. A másik eltérés az, hogy más-más nyomdában jelentek meg; a debreceni példány impresszuma ugyanis: Lugduni Batavorum, Ex officina Bonaventurae et Abrahami Elsevir. Academ. Typograph. 1628. A harmadik különbség a két címlap között az, hogy míg az Erdélyben őrzött füzet egyszerűen csak „Disputatio theologica” megjelöléssel kezdődik, addig a Református Nagykönyvtár példánya beszédesebb: „Disputationum theologicarum tertio habitatum secunda.” A Debrecenben lévő téziszűzetét ő maga ajándékozta valamelyik tanuló társának, aki az adományozás tényét a címlap rectón jelezte: „Inusitatae eruditionis et probitatis Viri Domini Stephani Tölczeki donum. Anno adsertae salutis 1629. Sept. 2. Leydae”.

1628 elején egyébként a Bethlen Pétert kísérő társaság kettévált: Bethlen János, Tölcseki István, Tornai és Daniel Leydenben maradt, a többiek folytatták

európai utazásukat. Belgium, Anglia, Franciország, Itália, Svájc és Bécs érintésével 1628 karácsonyára értek haza. A Leydenben maradtak közül Tornai 1630. augusztusában,<sup>12</sup> a többiek ugyanez év végére érkeztek Erdélybe.<sup>13</sup> Debreceni Simonides Gáspár csak 1631-ben foglalta el Váradon iskolai rektori posztját,<sup>14</sup> tehát valószínűleg ő hozta id. Bethlen Istvánnak Polyander 1629-ben megjelent könyvét. A fejedelem testvére ugyanis, mint írja, 1631. márciusában kapta kézhez a kötetet.

Az említettek hazatérésével nem szakadt meg a kapcsolat a leydeni rektor és a visszavonult id. Bethlen István közt. További három Bethlen-alumnusról tudunk, akik Polyandernél disputáltak.

Az első a levélben is említett Stephanus Strigoniuss, vagyis Esztergomi N. István.<sup>15</sup> A leydeni inmatrikulációja szerint 1605-ben született diák sokat utazott Németalföld és Erdély között. Id. Bethlen István támogatásával, Haller Gábor kíséretjeként (?) 1631. október 22-én iratkozott be Leydenben,<sup>16</sup> 1632-ben disputált először, 1633. július 9-én – mint azt Haller naplójából megtudjuk<sup>17</sup> – hazajött, de ugyanez év november 22-én már ismét Leydenben volt. 1634 januárjában Haller Hágába, Camerariusshoz küldte, s június 9-én indult vissza Erdélybe. Valószínűleg I. Rákóczi György szolgálatába állt, mert ez év szeptember 15-én Haller Makoviczból kapott tőle levelet. Esztergomi tézisfüzete *Disputatio theologica septima, alteram dissertationem, De officio Christi prophetico complectens...* (Leyden, 1632.) újra megjelent Polyander egy alább ismertetendő könyvében (hogy változtatásokkal-e, azt csak a székelyudvarhelyi unicum-példány megvizsgálása után dönthetjük el).<sup>17a</sup>

A következő, Polyandernél disputált Bethlen-alumnus, Uzoni Jankó Boldizsár életéről Herepei összefoglalása után<sup>18</sup> semmi újat nem tudunk mondani. *Disputatio theologica quinta, De nominis divini celebratione, atque invocatione...* (Leyden, 1632.) című tézisfüzete<sup>19</sup> a már említett Polyander-kötetben ugyancsak újra megjelent.

